Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



gene:

eius è immisa iuba hec manibus eorum
Timuerunt omnes uiri uale. Vocauit
autem abymelech ad abraham & dixit
ei. Quid fecisti nobis? Quid peccauimus
tibi quia induxisti super me & super re
gnum meum peccatum grande? Que non debui
ti facere fecisti nobis. Rursumque expostu
lans ait. Quid uidisti ut hoc faceres?
Rndit abraham. Cogitaui mecum dicens
forsitan non est timor dei in loco hoc & in
terficient me propter uxorem meam. Alio
quin autem & uere soror mea est filia patris
mei & non filia matris mee & duxi eam
in uxorem. Postea autem eiecit me
dominus meus de domo patris mei dixi ad eam. Hanc
misericordiam facies mecum. In omni loco ad quem
ingredientes dices de me quia frater meus sum. Tulit
igitur abymelech oues & uaccas & seruos
& ancillas & dedit abraham. Reddidit ei
saram uxorem suam & ait. Terra coram
uobis est. ubicumque tibi placuerit habita
bis. Saram autem dixit. Ecce mille argenteos
dedi fratri tuo. Hoc erit tibi in uelamen
oculorum ad omnes qui tecum sunt & quocumque
proficiscimini te defensam. Orante
autem abraham sanauit deus abymelech
uxorem eius & ancillas eius & pepererunt
Reuiserat enim deus omnem uulua domus
abymelech propter saram uxorem abraham.

XXI.

Visitauit autem dominus
saram sicut promiserat & imple
uit que locutus est. Concepitque
& peperit filium in senectute sua tempore quo
prediixerat ei deus. Vocauitque abraham
nomen filii sui quem genuit sara ei ysaac
& circumcidit eum octauo die sicut pre
cepit ei deus. cum esset centum annorum.
Hac quippe etate natus est ysaac.
Dixitque sara. Risum fecit michi deus.
quicumque audierit corridebit michi. Re
sumque ait. Quis audiuisset credere abra
ham quod sara lactaret filium. quem pe
perit ei iam senex? Creuit itaque puer
& ablactatus est. fecitque abraham grande
conuiuium die ablactationis sue. Cum
autem uidisset sara filium agar egyptie
ludentem cum ysaac filio suo. dixit ad
abraham. Eiice ancillam hanc & filium
eius. Non enim erit heres filius ancil
le cum filio meo ysaac. Durum uero hoc
cepit abraham. pro filio suo. Cui dixit
deus. Non tibi uideat asperum super pue
ro & super ancilla tua. Omnia que di
xerit tibi sara audi uocem eius. quia
in ysaac uocabitur tibi semen. Filium
ancille faciam in gentem magnam. quia
semen tuum est. Surrexit itaque abraham ma
ne & tollens panem & utrem aque im
posuit scapule eius. tradidisque puer
o dimisit eam. Que cum abiisset erra
bat in solitudine bersabee. Cumque con
sumpta esset aqua in utre. abiecit pue
rum sub una arborum que ibi erat &
abiit sedisque ex regione procul. quasi pot
ueris iacere. Dixit enim. Non uidebo
morientem puerum & sedens ita leuauit
uocem suam & fleuit. Exaudiuit au
tem deus uocem pueri. Vocauitque angelus
dei agar de celo dicens. Quid agis a
gar? Noli timere. Exaudiuit enim dus
uocem pueri de loco in quo est. Surge &
tolle puerum & tene manum eius. quia
in gentem magnam faciam eum. Ape
ruitque deus oculos eius. Que uidens
puteum aque abiit & impleuit utre
dedisque puero bibere & fuit cum eo. Mu
rans & moratus est in solitudine fe
cit que est iuuenis sagittarius habitauitque i
deserto pharan. & accepit illi mater sua
uxorem de terra egypti. Eodem tempore dixit aby
melech & phycol princeps exercitus eius
ad abraham. Deus tecum est in omni bus
que agis. Iura ergo per deum ne no
ceas michi & posteris meis. sterpique me
a. Sed iuxta miam quam feci tibi fac
michi & terre in qua uersatus es adue
na. Dixitque abraham. Ego iurabo.
Et increpauit abymelech propter pu
teum aque quem ui abstulerant ser
uuli. Rndit abymelech. Nescioquis
fecerit hanc rem. Sed tu nunciasti mi
& ego non audiui per hodie. Tulit ita
que abraham oues & uaccas & dedit aby
melech. Pacisceruntque ambo fedus. Et
statuit abraham. vii agnas gregis se
orsum. Cui dixit abymelech. Quid sibi
uolunt vii agne iste quas statuisti
seorsum? At ille. Septem inquit ag
nas accipies de manu mea ut sint in
testimonium michi. quia ego fodi puteum
istum. Idcirco uocatus est locus
ille bersabee. quia uterque iurauerunt. & in

al. corridebit